



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. De Liburnis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

uicti, qui & de iis post superatum Antonium triumphauit.

§. 3. De variis Illyrici populis.

AGEMVS hîc tantùm de præcipuis & ad quos reliqui reuocati sunt, ij porrò *Liburni, Iapodes, Dalmatæ, Autariotæ, Vardizii, Scordisci.*

N V M. 1. De Liburnis.

II nauibus suis, & prædationibus insignes fuere. Vrbs Promona erepta est illis à Dalmatis, & aliis Illyriis; bellum à Iulio Cæsare illatum.

N V M. 2. De Iapodibus.

INNVIT Strabo Gentem hanc partim Gallicam, partim Illyricam fuisse: eorum oram fuisse stadiorum mille, inopes extitisse, & ζειῶν, & millio victitasse, sed Απειμαυίης: pertinuisse ad Alpes inter quas viuebant. A Romanis primùm superati sunt à Sempronio Tuditano, & Tiberio Pandusio. Deinde bello petiti ab Augusto, & obsessum Metullium vrbs primaria, ad quam ipse vulneratus est, & eos suâ fortitudine ad petendam pacem compulit. Sed cùm duriores pacis conditiones proponerentur, urbem suâque ac seipfos cremauerunt; & ab eo tempore Romanorum rulare iugum.

N V M. 3. De Dalmatis.

AB vrbe Delminio nomen habent, inquiunt *Strabo, & Appianus.* Romanis obsequentes Illyrios bello aggressi sunt, & Legatos Rom. non admiserunt; quare ad eos missus Figulus Consul urbem Delminium penè totam facibus iactis incendit. Ita quiescere: postea tamen laceßiti rursus à Cæcilio Metello libidine triumphandi. Tandem sub Augusto, eorum urbibus aliquot delentis, attriti sunt.

N V M. 4. De Autariotis.

AUTARIOTÆ, seu Autarij, nomen accepere ab Autario Illyrij